



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorum**

**VD16 B 5530**

Sexa Conclusio. Sors diuinatoria, quæ innititur societati Dæmonum explicitè vel implicitè, est damnata & reprobata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

iustitiæ, utpote quia fors caderet in aliquem ineptum, qui damno esset Reipublicæ: culpa non careret. Olim apud Romanos, iudices ex equitum ordine per sortes eligebantur, præ-tore urnam mouente, & si qui ex illis reiicie-bantur, iterum subfortiebantur alij in eorum locum, ut videre est apud Ciceronem in orat. in Pisonem, & Panormit. in cap. fin. de Sorti-leg. id usurpari attestatur, quod seculares e-ligant officiales in multis locis per ballotas, & breuia.

*Sexta Conclusio. Fors diuinato-  
ria, qua innititur societati Demonum ex-  
plicitè vel implicitè, est damnata & re-  
probata.*

**E**ZECHIEL. 21. Rex Babylonis stetit in bi-  
uio, in capite duarum viarum diuinatio-  
nem quærens, commiscens sagittas interroga-  
uit idola, exta consuluit: & in 26. q. 5. can. Sor-  
tes, dicitur: Sortes, quibus cuncta vos vestris  
discriminatis prouincijs, quas patres damna-  
uerunt, nihil aliud quàm diuinationes & ma-  
leficia decernimus. Quamobrem volumus  
omnino illas damnari, & ultra inter Christia-  
nos nolumus nominari, & ne exerceantur, a-  
nathematis interdicto prohibemus. De hac  
Conclusione non dubitant nec Theologi, nec  
Canonistæ. S. Thom. in d. art. ad 3. iudicium  
ferri



ferri candentis, vel aque feruentis ad sortes re-  
 ducit. Probatio ferri candentis & similium or-  
 dinatur ad alicuius peccati occulti inquisitio-  
 nem, per aliquid, quod ab homine fit, & in  
 hoc conuenit cum sortibus. In quantum ta-  
 men expectatur aliquis miraculosus effectus,  
 à Deo, excedit communem sortium ratio-  
 nem. Vnde huiusmodi iudicium est illicitum,  
 & quia ordinatur ad iudicanda occulta,  
 quæ diuino iudicio reseruantur, & quia di-  
 uina auctoritate non est sancitum. 2. q. 5. cap.  
 Consultuisti. Eadem videtur ratio de lege du-  
 ellorum seu monomachia, nisi quod plus ac-  
 cedit ad communem rationem sortium, in  
 quantum non expectatur ibi miraculosus ef-  
 fectus, nisi pugiles sint impares virtute vel ar-  
 te. De duello vide textum cum DD. de purga-  
 tione vulgari. cap. Cura suscepti. & 2. q. 5. can.  
 Monomachiam, & Caietanum ad longum in  
 S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. Concil. Trident. sess. 25.  
 cap. 19. de Reformatione.

### LEX IIII.

*Eorum est scientia punienda, & seueris-  
 simis merito legibus vindicanda, qui magi-  
 cis accincti artibus, aut contra salutem ho-  
 minum moliti, aut pudicos animos ad libi-  
 dinem deflexisse deteguntur. Nullis verò  
 crimi-*